

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Tractatus ascetico-theologicus de religione s. de statu religioso -
Ettenheim-Münster 100

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-110938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110938)

ii.

Sublimis, excelsus, coelestis et Angelicus, adeo
ut, qui in eo positi sunt, si tamen in eo digne
ambulent, merito dicere possint cum Apos-
tolo, Conversatio nostra in coelis est. Vide
igitur, o Animam Religiosa! quam sedulam
impendere debeas operam, ut in hoc Ange-
lico vivendi instituto, quod amplexa es, ta-
lem agendi rationem in eas, qua sit à terre-
nis penitus abstracta, et Superioris unice in-
tenta; ut, dum solum coelestia sapis, quid-
quid sub coelo est, tanquam leve, fadan,
et inane despicias. Qui enim revertitur
saeculo, ait S. Cyprianus, De Orat. Dom. major
est honoribus ejus, et regno; et ideo, qui se
Deo et Christo dedicat, non terrena, sed coe-
lestia regna desiderat.

Caput Secundum.

De perfectione Status Religiosi.

13.

Constat ex priori Capite, quod Status Reli-
giosus sit Status eorum, qui tendunt ad perfec-
tionem, nunc examinandum est, in quonam
illa perfectio consistat, et quonam sit obli-
gatio ad eam tendendi. In sequentibus §§.
enquiremur.

§. I.

In quonam consistat perfectio
Status Religiosi.

Conclusio. Perfectio Status Religiosi con- 14.
sistit in charitate. Ita communissima.

Prob. 1.º Ex Scriptura. 1. Tim. 1. Dicit Apos-
tus, Summi præcepti est charitas. Ad Rom. 13.

Plenitudo legis est dilectio. Et ad Coloss. 3.

Charitatem habete, quod est vinculum per-
fectionis.

Prob. 2.º Ex SS. Patribus. S. Gregorius Hom.
in Evang. omne mandatum, inquit, de sola
dilectione est, et omnia unum præceptum
sunt, quia quidquid præcipitur, in sola cha-

P. H
9

12.

ritate solidatur. Abbas Moyses Collat. i. ait,
sejuniis, inedia, vigiliis, labores
corporis, munditatem, castionem, ceterasque
virtutes debere nos suscipere, ut ad perfec-
tionem charitatis possimus consendere.

S. Bernardus ad Alpenses Ep. 142. ita scri-
bit: Ordo noster est sub Magistro Abbate,
sub regula, p. et super omnia excellentio-
rem viam tenere, quae est charitas. S.

B. Benedictus c. 4. Regula sua gradu 12.
charitatem spectat tanquam consummatio-
nem vitae spiritualis: His omnibus, inquit, hu-
militatis gradibus ascensis, Monachus non ad
charitatem Dei perveniet illam, quae perfec-
ta foras mittit timorem. Et S. Thomas
2. 2. q. 183. art. 1. in Corp. Secundum charita-
tem, inquit, specialiter attenditur perfectio
Christiane vitae: quanto magis ergo Status
Religiosi.

Prob. 3^o ratione. Perfectio hominis Christia-
ni, ac consequenter etiam Religiosi, consis-
tit in eo, quod cum ultimo suo fine, qui
est Deus, intimè uniat. Atqui talis unio
fit per charitatem. Ergo perfectio Christia-
na et Religiosa consistit in charitate. Maj.
est certa; quolibet enim res per hoc perfic-
itur, quod fini suo, ad quem naturaliter
propendit, conjungatur. Min. ex eo evin-
citur, quia, ut ait Dionysius Carthus. Scal.
Relig. art. 2. Charitas efficit amantem
unum esse spiritum cum amato, juxta illud
Apostoli, Qui adharet Deo, unus est spiritus.

15. Dices 1^o Christus non in charitate, sed in
aliis virtutibus constituit perfectionem
vitae Christianae ac Religiosae. Ergo etiam in
his à nobis est constituenda. Prob. ant. Matth.
19. perfectionem statuit in paupertate,

13.
Si vis, inquit, perfectus esse vade, vende omnia, quae habes. Matth. 16. in abnegatione sui ipsius, Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Matth. 11. in humilitate, Discite à me, qui mitis sum et humilis corde. Similiter S. Iacobus Apostolus c. 1. ait: Patientia autem opus perfectum habet. Ergo p.

Resp. Quod his et similibus textibus plus non evincatur, quam quod aliae virtutes, disponant ad perfectionem, non autem sint ipsa formalis et adaequata perfectio vitae Christianae.

16.
Observe tamen, quod hic non qualem cumque charitatem intelligamus, sed eam, quae est altè radicata, et latè aliarum virtutum adminiculo suffulta instar benè radicatae arboris, quae non cedit ventis, sed contra immobilis eis obstat. Hanc charitatem insinuat Apostolus, dum ait Coloss. 2. Accipistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulante 13. radicati, et superedificati in ipso. Et c. 3. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Item 1. Cor. 13. Caritas patiens est, benigna est, non amulatur, p. Hanc etiam insinuat S. Hieronymus in regula, ubi, Sine spirituali charitate, inquit, quae utique sine humilitate, mansuetudine, justitia, patientia, aliisque virtutibus non habetur, claustra sunt tartara, et habitantes in eis sunt demones; cum charitate vero sunt paradisus in terra, et habitantes sunt Angeli.

Charitas itaque perfecta seu in qua consistit perfectio religiosa debet esse radicata, hoc est, debet in animâ Religiosi tam altas radices fixisse, ut ab eâ nullâ vi amplius divelli possit; adeo ut licet veniant flumina persecutio-

2

10

14.

num, fluant venti tentationum; immotus in eâ
semper persistat, ac cum Apostolo dicere possit:
Quis nos separabit à charitate Christi, aut tribula-
tio, an angustia, p.? Bonò charitas ista radi-
catur in animâ, dum eam comitantur alie vir-
tutes; quamdiu enim quis humilis, patiens, mitis,
obediens, castus, p. permanserit, tandem à cha-
ritate exidere non poterit.

17. Dices 2^o. Charitas non radicatur per alias vir-
tutes. Ergò minus bene dicitur in charitate ra-
dicatâ adminiculò aliarum virtutum consis-
tere perfectionem Christianam. Prob. ant.
Charitas radicata est charitas intensa. Sed non
intenditur per aliarum virtutum adminicu-
lum. Ergò charitas non radicatur per alias vir-
tutes.

Resp. Neg. ant. ad ejus prob. Dist. maj. Cha-
ritas radicata intensivè est charitas intensa,
con. Radicata etiam extensivè, neg. maj. Et
con. min. dit. cons. Ergò charitas non radi-
catur intensivè per alias virtutes, con. Exten-
sivè, neg. cons. Charitas itaque non solum inten-
sivè per gradus suos proprios radicatur, sed etiam
extensivè, scilicet per concursum aliarum vir-
tutum, quarum adminiculò et ope defendi-
tur contra hostiles impetus, id est, inordina-
tos animi motus, cupiditates, et passiones.

Aphorismi.

18. I. Sola charitas est que constituit perfectio-
nem Status Religiosi.

II. Non tamen qualisunque charitas, sed so-
lum ea, que altè radicata est ac suffulta ad-
miniculò aliarum virtutum, perfectionem
Status Religiosi efficere sufficit.

§. Secundus.

19. De obligatione ad perfectionem.
Supponimus 1^o. Quòd sicut duplex est chari-
tas, una secundum se, seu secundum suam
essentiam considerata; altera radicata, de

quā primum disperimus, ita quoque duplex sit perfectio, una communis omni homini, praesertim Christiano, qua consistit in habitu charitatis secundum respectata, ad quam primum tendere tenetur quilibet Christianus, estque de necessitate salutis, juxta S. Thomam q. 184. art. 2. in Corp. Inia, qui non diligit, manet in morte, j. Joan. 3. v. 14. Aliunde etiam constat, quod quilibet homo teneatur vitare peccatum mortale. Altera perfectio est propria illis, qui habent stabilem ac perpetuam obligationem ad perfectionem, hoc est, ad charitatem radicatam.

Supponimus 2.º quod duplex sit Status perfectionis, unus acquisita, qui proprius est Episcopis; hi enim, cum sint virtutum Magistri, debent excellere in omni virtute. Alter Status perfectionis est acquirenda, in quantum scilicet, qui hunc Statum profitentur, obligantur omnem impendere operam, ut ad perfectionem pervenire possint: sicut is, qui aliquam artem vult profiteri, necesse habet, ut studium suum ac industriam adhibeat, quatenus eam addiscere possit. His ita suppositis ponitur

Conclusio.

21.

Quavis persona Religiosa, utriusque sexus, tenetur sub mortali tendere ad perfectionem, hoc est, amplexere ea media, quae sunt necessaria ad eam acquirendam. Ita Doctores communiter.

Prob. 1.º In SS. Patribus. S. Bernardus Ep. 91. Aut ascendas, inquit, necesse est, aut descendas. Si attendas stare, rursus necesse est. Atqui idem rursus importat eam ruinam spiritualem, quae ex peccato mortali provenit. Unde S. Augustinus Serm. de verb. Apost. ait: Si dixisti, Sufficit, peristi. S. Anselmus lib. 2. Ep. 37. Semper, ait, necesse est, ut vitetur ad profectum, qui semper vult vitare defectum. at ubi

3
11

necessitas est tendendi ad perfectionem, ibi merito gravis arguitur obligatio. S. Odo Cunicensis Cod. 1. ait: Idos gehenna devorat, qui in habitu religionis negligenter vivunt. S. Thomas 2. 2. q. 186. art. 2. in Corp. Ille, inquit, qui Statum Religionis assumit non tenetur habere perfectam charitatem, sed tenetur ad hoc tendere et operam dare, ut habeat charitatem perfectam. Quod autem illa obligatio sit sub mortali, aperte docet in Commentario ad Ep. S. Pauli 2. ad Cor. c. 13. ubi obligationem tendendi ad perfectionem vocat preceptum, atque necessarium salutis Religiosi idem esse. Atque, quod necessarium est ad salutem, obligat sub mortali; idem enim sub mortali obligat, sine quo salus obtineri non potest. Tandem pluribus aliis omittis SS. Patrum auctoritatibus SS. Leg. c. 58. Neoprofesso morum conversionem praecipit, minaturque ei damnationem eternam, si ab hac intentione et studio deflexerit: Si aliquando, ait, aliter fecerit, à Deo se damnandum sicut, quem iudicet.

Prob. 2.º. Rationibus. 1.º. Qui se graviter obligavit ad media, quorum observatio collineat ad perfectionem; ibi utique etiam graviter se obligavit tendere ad perfectionem. Atque Religiosus in sua professione se graviter obligavit ad media perfectionis, puta ad vota paupertatis, castitatis, et obedientiae. Ergo etiam se graviter obligavit ad perfectionem tendere. 2.º. Qui libet profitens Religionem seu Statum Religiosum promittit cum voto vivere se velle secundum Status, quem amplectitur, exigentiam. Atque Status Religionis essentialiter exigit perfectionem saltem acquirendam. Ergo profitens necessario, ac consequenter sub gravi peccato, ut potè sub voto, tenetur conatum adhibere, ut ad perfectionem pervenire possit.

Confirmatur. Qui profitetur Statum perfectionis, graviter est obligatus ad ea, quae sunt necessaria ad perfectionem. Atqui Religiosus profitetur Statum perfectionis. Ergo graviter obligatur ad perfectionem, et ad ea media, quae sunt necessaria ad eam adipiscendam.

3^o. Religiosus non tendens ad perfectionem committit peccatum simulationis, mendacii, et hypocrisis in materia gravi; Status enim Religiosus omnibus proponit et ostendit sanctitatis et perfectionis curam, ideoque habet reverentiam apud omnes etiam summa dignitatis homines, et privilegia in omni jure maxima. Si igitur aliter se gereret Religiosus, certe non esset immunis à peccato imposturae in re gravi.

Dices 1^o. Si Religiosi sub mortali obligantur 22. tendere ad perfectionem, tunc periculosius est vivere in Religione, quam in Saeculo, ubi nulla datur talis obligatio. Atqui juxta S. Bernardum securius tamen est vivere in Religione, quam in Saeculo. Ergo consequens est, quod in Religione tam gravis non detur obligatio.

Resp. Dist. Seq. maj. Tunc periculosius est vivere in Religione, quam in Saeculo, quantum est de se, et ex natura Religionis, neg. Quantum est ex parte tepidi Religiosi, concl. Seq. maj. At vero id nihil officit Statui Religioso, cujus praestantiam ac excellentiam minuire nequit infinitus etiam tepidorum Religiosorum numerus.

Dices 2^o. Qui observat ea, quae est professus, 23. ille ad nihil aliud ultra tenetur. Atqui Religiosus profitetur solummodo tria vota substantialia. Ergo ad nihil aliud ultra obligatur saltem graviter.

Resp. Dist. rim. Solummodo profitetur tria vota substantialia nude et praevisè secundum

4
12

mer-
lunia-
ui in
S. Tho-
qui
ha-
at
hari-
ligatis
tario
ionem
im
dese.
obli-
obligat
Tam-
horie
No.
niss
de lu
am
obli-
at in
le
gignit
statis
viter
d. Qui
ligis
m-
n.
per-
tons
ato,
ber.

19.

Le sumpta, neg. Ut modificata per speciales ob-
servaciones cuivis Regula proprias, conc. min.
et neg. cons. Itaque in quavis Religione
sive explicitè sive implicitè vota secundum
Regulam emittuntur; quod constat ex formu-
la professionis, quae in nostro S. Benedicti Or-
dine editur, in qua dicitur: Voces paupertatem,
castitatem, et obedientiam secundum
Regulam p. Et profectò in recta et debita
trium votorum Substantialium observatio-
ne consistit vera perfectio Religiosa; unde
argumentum per modum objectionis huc
prolaturum nihil probare videtur.

24.

Aphorismi.
I. Communissima Theologorum post S. Tho-
mam sententia est, quamlibet personam
Religiosam utriusque Sexus teneri sub mor-
tali tendere ad perfectionem.

II. Securius est vivere in Religione, quam
in saeculo; quia si quod periculum in Reli-
gione est, illud non ex natura Religionis,
sed ex tempore Religiosi oritur.

S. Tertius.

In quonam consistat obligatio
tendendi ad perfectionem. Seu
quonam sint illa media, quae Reli-
gionis, ut ad perfectionem per-
venire possit, accipere teneatur?

Conclusio; una

25.

Obligatio ista tendendi ad perfectionem
consistit in quodam conatu ac studio ma-
gis progrediendi ac proficiendi.

Prob. 1.º Ex S. Scriptura. Psal. 83. pulchre
innuitur quales esse debeant Religiosi, sci-
licet Ibunt de virtute in virtutem. Et
Luc. 9. dicitur: Nemo mittens manum
sua ad aratrum, et respiciens retrò, aptus
est regno Dei. Ille autem respicit retrò,
qui studium omittit proficiendi: nam

19.
juncta SS: Patres, ubi quis Religiosus desinit pro-
gredi, ibi incipit retrogredi.

Prob. 2^o. Ex S. Regula nostra, in qua
SSmus Legislator noster Benedictus Reli-
giosum monet, ut ad eum per obedientia
laborem redeat, à quo per inobedientia de-
sidiam recesserat, Prolog. Reg. Et ibidem
paulò inferius; Si, inquit, volumus habi-
tare: in tabernaculo Dei: nisi illuc bonis
actibus currendo minimè pervenitur. Item,
Currendum et agendum est modo, quod in per-
petuum nobis expediat.

Prob. 3^o. Ratione. Status Religiosus est Sta-
tus eorum, qui tendunt ad perfectionem. atque
nemo ad perfectionem tendere potest, nisi
conatum et Studium adhibeat altius progre-
diendi ac proficiendi. Ergo p.

Conclusio 2^a

26.

Conatus iste ac Studium proficiendi con-
sistit in Societate votorum, regularum, ac
Statutorum Ordinis observatione. Ita com-
muniter Doctores.

Prob. 1^o. Ex S. Thomà q. 186. a. 2. in fine Corp.
ubi sic ait: Non tenetur Religiosus: ad om-
nia exercitia, quibus ad perfectionem perva-
nitur, sed ad illa, quae sunt determinate ei
taxata secundum Regulam, quam professus
est. Atque talia sunt vota, ceteraque ex-
ercitia spiritualia, puta, oratio, medita-
tio, examina, lectio, et his similia.

Prob. 2^o. Ratione. Quia Religiosus tene-
tur ad perfectionem, ut jam diximus. Ergo
tenetur amipere ea media, quae ducunt ad
eam. atque talia media sunt observatio
votorum ac regularum, et specialiter eo-
rum exercitiorum, quibus mens facile as-
cendit ad charitatem radicatum; qualia sunt
exercitia spiritualia, quae in Statutis seun-

20.

Diū Regulam, quam quis profitetur, taxatis continentur. Ergo in eorum observatione conatus ac Studium proficiendi consistit.

~~27.~~ 5. 27. Dices. Sine exercitio humilitatis ac mortificationis, seu abnegationis Religiosus nequit pervenire ad perfectionem. Ergo in huiusmodi virtutum exercitio potius, quam in observatione regularum consistit Studium proficiendi. Prob. ant. Quia Deus Superbis resistit, et humilibus dat gratiam, ut magis et magis proficiant. Et Nisi granum frumenti, inquit Christus ipse. Joan. 12. v. 24. cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. En quān necesse sit exercitium humilitatis et mortificationis ei, qui proficere tenetur. Ergo p.

Resp. Quod observatio regularum humilitatis ac mortificationis exercitium in se completatur. Id passim videre est in nostra Regula, praesertim c. 7. ut adeo fieri nequeat, quin Religiosus se exercent in humilitate et mortificatione, si Sacram Regulam observare studuerit.

28. Infertur, quod Professus Regulam S. B. N. Benedicti Satisfaciat obligationi Status sui Religiosi, si, praeter observationem votorum, debitam industriam, ac sollicitudinem adhibeat, ad perfecte observanda disciplinam psallendi, iuxta c. 19. eisdem Sacra Regula. Si ferre vide insistat exercitiis spiritualibus, uti sunt meditatio, examina, lectio, &c. Si fuerit fidelis silentii custos, iuxta c. 6. ac praesertim post Completorium, iuxta c. 42. Si in paupertate patiens, et contentus, nec in defectu rerum quarumcunque con-

queratur, sed gaudeat de occasione sentiendi in-
commoda. Si in iuris, contrariis, adversisque
rebus aut casibus emergentibus non contristetur,
non lassescat, sed omnia talia equanimiter ferat,
c. 7. Si noverit Delum bonum ferventissimo amo-
re exercere, et Confratrum suorum infirmitates
patientissimè tolerare, c. 72.

21.

Aphorismi.

29.

- I. Obligatio tendendi ad perfectionem consistit
in quodam conatu ac studio magis proficiendi.
- II. Conatus ille ac Studium proficiendi consistit
in sollicitate votorum, regularum, ac Statutorum
Ordinis illius, quem quis professus est, observatione.

S. Quartus.

Quando et qualiter peccet Religiosus con-
tra obligationem tendendi ad perfectio-
nem.

Conclusio prima.

30.

Religiosus peccat mortaliter, quando contem-
nit ea, quae sunt sui instituti, et ad perfectionem
conducunt; etsi per se nec ad ultiam, nec ad
poenam obligent. Est Communis Theologorum.

Prob. Inia qui formaliter contemnit praecep-
tum, etiam contemnit Legislatorem quia talem;
hic autem representat Deum: unde talis con-
temptus redundat in divinam Majestatem juxta
illud Christi Luc. 10. v. 16. Qui vos spernit, me
spernit. Et ad Rom. 13. Qui potestati resistunt,
inquit Apostolus, ipsi sibi damnationem acqui-
runt. Item Reg. 18. Inasi peccatum ariolandi
est repugnare, et quasi scelus idololatriae velle ac-
quiescere. Atqui quod damnationem meretur,
estque peccatum ariolandi, ac idololatriae, cer-
tò est mortale. Ergo etiam contemptus formalis
eorum quae sunt instituti Religiosi factus ab eo,
qui institutum illud professus est.

Formalis autem contemptus habetur, quando
quis quidpiam, licet minimum, transgreditur,

22.

vel omittit ex animo et voluntate se non subijcendi Regula, vel Superiori praecipienti: item si Statuta velut inania reputat ac violat.

31.

Conclusio Secunda.

Religiosus, qui habet consuetudinem frequenter non observandi sed transgrediendi instituta regularia, v.g. orationem mentalem, silentium, jejunium, p. est in statu mortifero. Ita Dennis communis Theologorum.

6

Prob. Quia Religiosus tenetur sub gravi ad media amplectenda, qua ducunt ad perfectionem; talia autem sunt instituta regularia, praesertim oratio mentalis, examina, lectio, p. Ergo si consuetudinem contraxerit ea non observandi, hoc ipso non tendit ad perfectionem, ac proinde in statu mortifero sit, necesse est.

32.

Dices. Hujusmodi instituta obligant solummodo venialiter; imo forte sub nulla culpa. Ergo per eorum transgressionem nequit Religiosus constitui in statu peccati mortalis.

Resp. Dist. cons. Ergo per eorum transgressionem, si non frequens fuerit, neque notabiliter impedit studium ad perfectionem, nequit Religiosus constitui in statu peccati mortalis, cons. Suis, neg. cons. Quia etiam leviter, vel etiam sub nulla culpa obligantia sunt media et instrumenta ad perfectionem; cum igitur quis Religiosus sub gravi teneatur tendere ad perfectionem, consequens est, quod ea media frequentius omittendo, facile mortaliter peccare possit.

33.

Inst. Obligatio tendendi ad perfectionem non est proprie distincta ab obligatione servandi vota et observationes regulares, sed est ei velut imbibita. Ergo qui observat vota, et solummodo transgreditur observationes regulares non videtur peccare mortaliter. Prob. ant. Quia alioquin sequeretur, quod in transgressionem v.g. obedientiae duplex esset species peccatum, unum contra obedientiam, et alterum contra preceptum tendendi ad perfectionem, quod nemo facile admittet. Prob. etiam consequ.

23.
Quia, qui servat vota, adhuc utitur medijs ad perfectionem ducentibus. Ergo videtur aliquo modo satisfacere professioni ita, ut saltem in gravi peccato non sit.

Resp. ad innum. neg. cons. ad ejus prob. dist. ant. Qui servat vota, utitur medijs se solis ad perfectionem sufficientibus, neg. ant. sua sola non sufficiunt, conc. ant. Ipsa quippe regulares observationes in quavis regulâ cui media conduunt ad finem, et ordinantur ad perfectam votorum observationem, adeo, ut qui contrahit consuetudinem frequenter eas non servandi, hoi ipso se exponat periculo transgressionis votorum, ac consequenter peccet mortaliter. Aliunde etiam constat, quod, qui negligit modica, paulatim deuidat, et quod à minimis incipiant, qui in magna procurrunt, ut ait S. Bernardus. Unde negari potest suppositum; quasi verò quis Religiosus vota sua servare posset, quin etiam observationes seu instituta regularia, quae sunt velut media, quibus illa servantur, custodiret.

Urg. In Definitione Status Religiosi solum 34. fit mentio votorum, per quae tenditur ad perfectionem. Ergo et haec sufficiunt, si servantur.

Resp. Dist. ant. In Definitione Status Religiosi solum fit mentio votorum, quae tamen sint modificata et affecta observationibus regularum, conc. Scius, neg. ant. Additur enim in Definitione: Socialis ordinatè vivendi modus à Pontifice approbatus. In quibus verbis ostenditur, quod emissio votorum debeat fieri sub certâ Regula, seu sub certa Regula observatione à Summo Pontifice approbate.

Aphorismi.

- 35.
- I. Gravis culpa incurritur, cum ea, quae ad perfectionem conduunt, formaliter contemnantur.
 - II. Formalis contemptus fit, dum omittuntur precepta vel Statuta animò ac studio se non subjiciendi Regulae vel Superiori praecipienti, vel si tan-

quam inania reputentur, et ut talia violentur.
 II. In Statu peccati mortalis esse reputatur Religiosus
 ille, qui habet consuetudinem frequenter non ob-
 servandi sed transgrediendi instituta regularia, v.g.
 Orationem mentalem, seu meditationem, Silen-
 tium, examina, &c.

S. Quintus.

Quaedam corollaria ex dictis proponen-
 tur.

36. Colliges i^o Religiosum, sive studiis occupatum,
 sive negotiis administrationis rei familiaris ac domes-
 ticae implicatum, sive, ut vocant, ad curam anima-
 rum expositum, seu barochum, sive in quocumque
 officio, aut dignitate, aut etate constitutum, sem-
 per sub gravi obligatum esse ut tendat ad perfec-
 tionem. Ratio est; quia haec obligatio est de
 essentia Status Religiosi, ita ut in eam nulla
 cadere possit dispensatio. Quamdiu ergo quis
 manet et est Religiosus, tamdiu tenetur sub
 mortali tendere ad perfectionem. Caveant
 igitur Religiosi Oeconomii, ne, dum nimium
 negotiis temporalibus occupantur, parum sint
 solliciti de Spirituali anima profectu: quid
enim ipsis proderit, si mundum universum lu-
verint, animo vero suo detrimentum pati-
antur, Matth. 16. v. 26. Caveant item Senio-
 res in Monasterio, ne arbitrentur sibi tan-
 tam operam haud impendendam esse ad perfectio-
 nem acquirendam, quanta desideratur à Neo-
 professis; quin imò major ipsis, quam his, inum-
 bit profectus Spirituales obligatio, tum quia
 junioribus bonum exemplum praebere tenen-
 tur; hi enim plerumque, iuxta vivendi nor-
 mam, quam in Senioribus conspiciunt, mores
 suos componere consueverunt: tum quia lon-
 gōrum in Spiritualibus disciplinis exercitati
 et instructi, ad charitatem, in qua consistit

perfectis Religiosa, majori cum fervore anhelare debent, quam in, qui novissime vitam Spiritualem et Religiosam professi sunt: tum, denique, quia, ut ait Spiritus Sanctus Eccli 3. v. 20. Quantò major es, tantò te humilia in omnibus. Hoc est, tantò sollicitiorem adhibe operam, ut consensis gradibus humilitatis, quæ est mensura sanctitatis, ad ejus apicem pertingere queas. At sanè metuum dum, ne senes Religiosi hunc ascensum Novitiis relinquunt, et ipsi ad primum scilicet gradum remaneant, si tamen remanent; nam justà SS: Patres in viâ Dei non progredi est retrogradi, et velle proficere est deficere.

Colliges 2^o. Quòd peccatum Religiosi gravius 37.
sit, quàm peccatum Secularis, 1^o propter vitium ingratitude; cum enim à Deo in Statum ad eò excellentem sublimatus sit, valde ingratum erga eum se exhibet, dum tantum benefactorem offendere non veretur, quem pro tam magno sibi exhibitò beneficio impense colere debisset. 2^o Propter Scandalum, quòd inde resultat: Religiosus enim in excellentissimo ac sanctiori loco positus omnibus tanquam exemplum virtutum, ac norma vitæ integræ esse debet; quòd si igitur hæc norma sit obliqua, primum est alios inde seduci, et etiam in obliquum agi.

Colliges 3^o. Religiosum quemlibet esse magis 38.
obligatum ad propriam perfectionem, quàm alienam. Ratio est; quia hæc est primaria intentio profitentium, ut salvent animas suas, et propriam vitam componant ad Regula præscriptum, quatenus ad perfectionem propriis Religionis mediis queant pertingere. Aliundè etiam constat, quòd charitas incipiat à se ipsa. Erant proinde Religiosi illi, Novitiū aut Neo-professi, qui multa pro concisionibus s. g. in posterum faciendis ex libris annotant, interim minus sol-

liati sunt, ut spiritu magis repleantur, ac se ipsos perficiant. Male itidem sibi consulunt, qui exercitia spiritualia, ut meditationes, examina, lectionem spirituales, orationes, p. negligunt, ut aliorum salutem injussi promoveant: Quid enim, ut jam dictum, prodest homini, si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur?

39. Colliges 4. Religiosos Novitios summam operam impendere debere, ut adiscant, quibusnam mediis ad perfectionem status Religiosi pervenire possint, et hoc quidem non mere speculative, sed etiam practice, ut scilicet in iis se graviter exerceant, quatenus, ut ait SSimus Legislator noster Reg. c. 7. ad charitatem Dei perveniant illam, qua perfecta foras mittit timorem, perquam universa, que prius non sine formidine obrenabant, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine inipiunt custodire: non jam timore gehennae, sed amore Christi, et consuetudine ipsa bona, et delectatione virtutum. Nam, ut bene advertit S. Bernardus Ep. 96. Rara avis in terris est Religiosus, qui de gradu, quem forte in Religione, aut in Novitiatu, semel attingit, vel parum ascendat. Si enim diu annum probationis agit, magnò studio non excitatur ad perfectionem, sed potius negligens ac remissus fuerit, melior profectò haud evadet post professionem. Et ratio est; quia assuetudo contracta in Novitiatu transit in alteram naturam. Inde resultat veluti quaedam necessitas eo, cui quis assuefactus est, et non aliter, vivendi modo, à quâ vivendi necessitate nullus liberari poterit, nisi Deus ei speciales ac extraordinarias gratias concesserit. Videant ergò Novitii, quam magnò sua salutis periculò se exponant, si professionem

27.
emittere non vereantur, postquam in tepiditate
annum probationis transegerunt.

Colliges 5^o. Nihil magis adversari obligationi, quã 40.
Religiosus ad perfectionem tendere tenetur, quã
vitium tepiditatis; tepidus enim agrè se recollit
et ad cor redit; in res externas libenter effun-
ditur; solatiola à rebus creatis avidius emen-
diat; Religionis levem lenemque disciplinã
iniquò fert animò; ad otium aspirat; agrè,
tarde, repugnantè, obtemperat; immunitates
ac commoda singularia postulat; nec obser-
vationes regulares multum curat: at hæc om-
nia adversantur studio, quò Religiosus adhibe-
re debet, ut magis et magis in Spiritu proficiat.
Manet proinde verum, nihil magis adversari
obligationi, quã Religiosus ad perfectionem
tendere tenetur, quã tepiditatis vitium.

Colliges 6^o. Religiosum summum offere 41.
Religioni commodum et profectum, si sit dis-
ciplina regularis amans et custos: sic enim ali-
os, qui dociles sunt, suo exemplò in officio continet,
et ad suam sequelam pertrahit, perfectionis in-
vros verò confundit, et cohibet, ne deteriores fiant,
et in majores laxitates prolabantur. At ex oppo-
sitis dici nequit, quantum noceat Religioni Religio-
sus, qui passim regularum transgressor existit; quã
facile enim alios, si non verbo, saltem exemplò suo
ad laxiorem vivendi modum inducit, atque morum
corruptelam ingenerat. Hujusmodi Religiosi du-
plici ter peccare videntur, nempe contra Religionem,
quia non tendunt ad perfectionem, quam Religio
ab ipsis exigit; et contra charitatem, quia aliis
prebent offendiculum et scandalum.

Aphorismi.

42.
I. Nulla occupatio, nulla dignitas, nulla ætas Reli-
giosum excusat, quò minus ad perfectionem tendere
teneatur.
II. Dubium non est, quin peccata Religiosorum si-
ve ob vitium ingratitude, sive ob scandalum,

quod inde resultat, graviora sint delictis Saecularium.
 III. Cum charitas incipiat à se ipsa, constat, quemlibet
 Religiosum magis esse obligatum ad propriam perfec-
 tionem, quam ad alienam.

IV. Religiosi Novitii in Summo Labetis versantur
 discrimine, si novitiatum in tempore transigant; Ab-
 terrens enim gradiens, iuxta viam suam, etiam cum
 senesit, non recedit ab eâ, inquit Sapiens Prov. 22.

V. Necessitas acquirenda perfectionis, et animi
 tepor sunt duo sibi invicem contraria. Religio-
 sus igitur obligatione tendendi ad perfectionem
 constrictus, omnem animi teporem vitet necesse
 est.

VI. Quantum Religiosus regularum instituti sui
 incurius Religioni proebet Detrimentum, tantum
 Religiosus disciplinae amans eidem offert emolumen-
 tum.

Documentum.

Cogita Religiose, quis sit finis vocationis tuae, et
 cur relicto Saeculo Religionem ingresses sis; nonne
 deo, ut Deo unice servias, ei que toto animo adha-
 rere coneris? Non igitur venisti, ut dies bonos
 Ducas, ut multos defectus, nulla incommoda, nullos
 labores patiaris, sed potius, ut in simplicitate et
 humilitate cordis, in duris et contrariis vitam tu-
 am agas. Ad patiendum, et laborandum sis te
 vocatum, non ad otiaendum, vel fabulandum, in-
 quit Gersen noster lib. 1. de Imit. (Ch. c. 17). Venisti,
 non ut carnem molliter haberes, sed ut in motifi-
 cationibus subinde idam domares. Venisti non
 ut tuam voluntatem facias, sed in omnibus alienam.
 Venisti denique, ut mores tuos iuxta Regula, cui te
 subieisti, normam componens, ei que per omnia
 obediens magnos progressus in vita spirituali facere,
 atque tandem ad eam perfectionem, quam exigit
 Status Religiosus, meditando, legendo, aliisque piis
 exercitiis sedulam operam dando, pervenire va-
 leas. Pro amore Dei debes omnia libenter subire,
 inquit Candidatus Gersen noster cit. Oper. de Imitat.
 Christi lib. 3. c. 35. labores, siliet et dolores, ten-

231
 17

29.
tationes, vexationes, amissiones, necessitates, infir-
mitates, injurias, oblocutiones, reprehensiones, hu-
miliationes, confusiones, correctiones et despectio-
nes. Hæc probant Christi Tyronem, hæc jurant
ad virtutem, puta charitatis, quæ est vinculum
perfectionis, ad quam consuevenda omni opo-
ram ac Studium te impendere oportet, ut cum Apos-
tolo Rom. 8. tandem dicere valeas: Nis me separa-
bit à charitate Christi? neque mors, neque vita,
neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes,
neque creatura alia poterit me separare à chari-
tate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

Caput tertium.

De iis, qui Religionem ingredi possunt.

Conclusio prima.

44.

Quivis sui juris homo Religionem ingredi potest.
Ita S. Thomas hic q. 189. art. 1. et Communiter
Theologi.

Prob. Quia in arbitrio est cujusvis hominis, si
tamen sui juris sit, ut talia eligat media, quibus
eò certius suam salutem operari possit. Atqui
ingressus in Religionem est tale medium, quo
quis certius suam salutem operari potest; nam,
ut ait S. Bernardus in quadam Homilia, Reli-
gio talis est status, in quo homo vivit purius, ca-
dit varius, surgit velocius, incedit cunctius, invo-
ratur frequentius, quiescit securius, moritur fi-
ducialius, purgatur citius, premiatur copiosius.
Ergo.

Dices. Qui sunt natalium vitio notati, et omnis - 45.
crimini infamia infecti, sunt sui juris, et tamen
vi Constitutionis Sixti Papa V. nequeunt in Reli-
gionem suscipi. Ergo.

Resp. Quod hanc Constitutionem abrogavit Gre-
gorius Papa XIV. vid. Azor. hic c. 3. q. 2. Satemur
tamen minus convenire, ut tales suscipiantur.

Conclusio secunda.

46.

Qui est obstrictus alteri, non potest Religionem
ingredi, nisi cum consensu alterius. Ita rursus